

DECEMBER 3, ST. FRANCIS XAVIER, CONFESSOR

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

This great Jesuit missionary, was the apostle of the East Indies, and the first to preach the faith of Christ in Japan. He baptized hundreds of thousands of pagans. For the love of Jesus and out of a "longing love to help Christ's poor," he traveled, barefoot, to the most distant parts, preached the Gospel in more than a hundred kingdoms, and islands, brought kings and nations into the fold of the Church. And then this noble-hearted missionary, this saint mighty in word and work, gave his great soul to his Master, December 2, 1552.

INTROIT Psalms 118: 46-47

Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis. (Ps. 116: 1-2) Laudáte Dóminum, omnes gentes, laudáte eum, omnes pópuli: quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, et véritas Dómini manet in ætérnum. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar: et meditábar in mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

COLLECT

Deus, qui Indiárum gentes beáti Francisci prædicatióne et miraculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluisti: concéde propítius; ut, cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpa. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Advent feria

Excíta, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 10: 10-18

Fratres: Corde enim créditur ad justítiam: Ore autem conféssio fit ad salutem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in illum, non confundétur. Non enim est distíctio Judæi, et Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicumque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non crediderunt? Aut quómodo credent ei, quem non audierunt?

Quómodo autem áudient sine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt, nisi mittántur? sicut scriptum est: Quam speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Isaías enim dicit: Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Chisti. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

GRADUAL Psalms 91: 13,14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. (Ps. 91: 3) Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem. Allelúja, allelúja. (James 1: 12) Beátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vita. Allelúja.

GOSPEL Mark 16: 15-18

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui crediderit, et baptizátus fúerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia ejicient: linguis loquéntur novis: serpéntes tollent: et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

OFFERTORY Psalm 88: 25

Véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

SECRET

Præsta nobis, quæsumus, omnípotens Deus: ut nostræ humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córpore páriter et mente puríficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Advent feria

Hæc sacra nos, Dómine, poténti virtúte mundátos, ad suum faciánt puriões veníre principium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pñdito hóminum géneri Salvatórem miséricóris et fidélis promisiisti: cujus véritas instrúeret íncios, sáncitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infirmos. Dum ergo prope est ut veniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION Matthew 24: 46, 47

Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui cæléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto Francíscó Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Advent feria

Suscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui: ut reparatiónis nostræ ventúra solénnia cóngruis honóribus præcedámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved exceedingly. (Ps. 116: 1-2) Praise the Lord, all ye nations, and praise Him, all ye people: because His mercy is confirmed upon us and the truth of the Lord remaineth forever. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved exceedingly.

O God, Who wast pleased to gather into Thy Church the nations of the Indies by the preaching and miracles of blessed Francis: mercifully grant that we, who venerate his glorious merits, may also imitate the example of his virtues. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Stir up Thy power, we beseech Thee, O Lord, and come: that from the threatening dangers of our sins we may deserve to be rescued by Thy protection, and to be saved by Thy deliverance. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, With the heart we believe unto justice, but with the mouth confession is made unto salvation. For the Scripture saith: Whosoever believeth in Him shall not be confounded. For there is no distinction of the Jew and the Greek; for the same is Lord over all, rich unto all that call upon Him. For whosoever shall call upon the name of the Lord shall be saved. How then shall they call on Him in Whom they have not believed? or how shall they believe Him of Whom they have not heard? and how shall they hear, without a preacher? and how shall they preach, unless they be sent? as it is written: How beautiful are the feet of them that preach the Gospel of peace, of them that bring glad tidings of good things! But all do not obey the gospel. For Isaías saith: Lord, who hath believed our report? Faith, then, cometh by hearing; and hearing by the word of Christ. But I say: Have they not heard? Yea, verily, their sound hath gone forth into all the earth, and their words unto the ends of the whole world.

The just man shall flourish like the palm-tree: he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. (Ps. 91: 3) To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night. Alleluia, alleluia. (James 1: 12) Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Go ye into the whole world, and preach the Gospel to every creature. He that believeth and is baptized, shall be saved; but he that believeth not, shall be condemned. And these signs shall follow them that believe: In My name they shall cast out devils; they shall speak with new tongues; they shall take up serpents; and if they shall drink any deadly thing, it shall not hurt them; they shall lay their hands upon the sick, and they shall recover.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering of our lowliness may be both be pleasing to Thee for the honor of Thy Saints and may likewise purify us in body and soul. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May these holy mysteries, O Lord, cleanse us by their powerful virtue and make us to come with greater purity to Him Who is their source. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Blessed is that servant, whom when the Lord shall come, He shall find watching: Amen I say to you, He shall set him over all His goods.

We beseech Thee, O almighty God, that we, who have partaken of heavenly nourishment, may, by the intercession of blessed Francis, Thy Confessor, be fortified by the same against all adverse influences. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May we receive, O Lord, Thy mercy in the midst of Thy temple, that we may prepare with due honor for the approaching feast of our redemption. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.